

bigamia que ob significationis defectum conitatur illa enim que ratione delicti, ad in eius peccata, tollitur per baptismum, sicut & delictum ipsum. Sed nullam inuenio bigamiam, que ob merito delicto contrahatur in qua possit hoc verificari. Nam similitudinariam, que incurritur ob matrimonium inintu aduersus votum solemnem ordinis sacri, aut professionis, fateor esse ex merito delicto. At huic non posse locum esse tempore infidelitatis constat. Interpretatam vero contrariam ob duplex matrimonium irritum, aut saltem alterum irritum, communis sententia habet non esse ex merito delicto (vt videbitur de disputat. sequenti, num. 6. At retenta opinione probabilis, quam ibi feremus) que docet eam esse ex delicto, est quoque probabile eam non incurri per illud du-

plex matrimonium ante infidelitatem contrahatum. *Ad argumenta. n. 8. proposita respondeatur. Ad primum constat ex dictis, nisi que enim peccata sunt, a illorum pena remittuntur per baptismum non autem indulto defectu significationis. Ad secundum dicuntur Gloss. ibi verb. post acceptum, intelligi, maxime si post baptismum. Vel argumentum a contrario sensu vim non habere, quando contrarium est iure decessum (vt ex multis testatur. Euerardus loco a contrario sensu. Quod contingit in hoc casu. Ad tertium cum sua confirmatione, & ad ultimum. Constat ex dictis, num. 9. Nam ante baptismum nec contrahitur irregularitas, nec bigamia quatenus est impedimentum Ecclesiasticum ad ordines, sed quatenus est quid naturale.*

DISPUT. OCTOGESIMA QVARTA.

Qualiter contrahatur irregularitas ex bigamia interpretatiua?

SVMMARIVM.

**Q**uare dicatur bigamia interpretatiua? *nu. 1.*  
 Quotupliciter contrahitur, *nu. 2.*  
 An contrahens duo matrimonia irrita, vel quoram alterum solum est irritum, sit bigamus, & irregularis? *nu. 3.*  
 An sit irregularis, qui prima legitima superstitie, & nondum vxore cognita, ad alias nuptias transiit, illisq; consummat, si postea coactus ab Ecclesia ad priorem vxorem redeat, ac illam cognoscat? *na. 4.*  
 Quid, si quispiam prioris matrimonij nullitate cognita, aliam inerat? *nu. 5.*  
 Quid, si quispiam priori matrimonio dissoluto, ad aliud irritum defectu impedimenti a se ignorari transiit? & an hac irregularitas duplici ex matrimonio irrita, aut altero irrita nascens sit irregularitas ex delicto? *na. 6.*  
 An sit bigamus, & irregularis, vnicum iniens matrimonium cum vidua, vel corrupta? & an desideretur corruptio cum seminis inmissione? *nu. 7.*  
 Quid, si contrahens putaret vxorem esse virginem, vel esse viri corrupta: vel de contra putaret corruptam, cum esset virgo? *num. 8.*  
 Traditur vero ratio, cur corruptus ducens

virginem non sit irregularis: Secus si corruptio sit ex parte feminae? & improbatu sententia sustinens hic non oriri bigamiam, *nu. 9.*  
 An hec irregularitas contrahatur ex matrimonio vnicu cum vidua, vel corrupta, irritum tamen ob aliquid impedimentum? Refertur sententia affirmans, *na. 10.*  
 Contraria auctoritas, *nu. 11.*  
 Quid, si in foro ex tero presumatur illud matrimonium valere? *nu. 12.*  
 An ducens faminam a se sola desolatam, sit bigamus, & irregularis? Refertur quadam sententia, *nu. 13.*  
 Proponitur auctoritas sententia, *na. 14.*  
 Quid, si ducens virginem cognoscat illam post adulterium, etiam occultum, siue scilicet, siue ignoanter, quamvis vi cognita sit? *nu. 15.*  
 Quid, si coactus ab Ecclesia reddat debitum adultera? Refertur quadam sententia, *num. 16.*  
 Proponitur sententia auctoritas, *na. 17.*  
 Satisfit argumentis, *nu. 18.*

**B**igamia interpretatiua ob id dicitur deficere, partim vero illi assimilatur. Deficit a vera, quod ea contrahatur carnis vera diuisione facta

agid

per

per duo consummata, ac legitima matrimonia. At in interpretatiua non videtur caro in plures, sed ex quadam iuris interpretatione: aut propter affectum contrahentis, qui duo contraxit, ac consummauit coniugia, quamuis non valide vtrumq; aut saltem alterum: ac proinde ex parte sua voluntatis, & affectus carnem suam in plures diuisit: aut propterea quod cum per matrimonium consummatum efficiatur vna caro cum vxore, ducens viduam a priori viro cognitam, vel quamcumq; corruptam, atq; cum ea consummans, vel ducens virginem, & post adulterium illa cognoscens, censetur ex iuris interpretatione carnem suam in plures diuisisse: sicut vxor cum qua efficitur vna caro, in plures diuisit, nempe, in ipsum virum cognoscentem, & in eum, a quo aliam cognita fuit. Quare deficit id matrimonium a significatione matrimonij Christi cum Ecclesia: quod est vnicum cum vna intada.

Hinc deducitur, quatuor modis posse bigamiam hanc interpretatiua incurri. Primus est, quando quispiam duo init, & consummat matrimonia, alterum de iure, id est, validum, alterum de facto, id est, irritum, siue priori coniuge viuente, siue defuncta. Secundus est, quando duo init matrimonia de facto, id est, ambo irrita, quando ducit viduam a priori viro cognitam, vel per fornicationem corruptam, & cum ea consummat matrimonium. Vltimus, quando virginem a se ductam, atque postmodum adulterij ream, carnaliter cognoscit. De quibus modis est seorsum agendum in hac disputatione.

Primus ergo modus, & secundus sunt, quando quis duo init matrimonia irrita, vel saltem alterum irritum, & alterum validum. Neuter modus inuenitur in iure expressus, sed vtrumq; colligunt Doctores ex ratione tradita. c. nuper, in fine, de bigamia. vbi sermo habetur de clerico, qui ante sacrum ordinem matrimonium contraxit, atq; in eo iam constitutus alium iniit, atque deciditur eum tanquam bigamum reputandum, non propter sacramenti defectum, cum saltem posterius matrimonium irritum sit, sed ob intentionis affectum ad duo matrimonia, cum opere carnali subsecuto. Verum enim affectus est ad duo matrimonia in eunda, & ex parte sua vtrumq; contraxit, licet obstante ordine sacro posterius sit irritum. Cum ergo similis affectus cum opere subsequuto reperitur in his duobus bi-

gamie modis, idem in vtroq; dicendum est: atq; ita sic contrahens erit ex iuris interpretatione bigamus, & irregularis. Atque ideò priorem modum, nempe, quando vtrumque matrimonium est irritum, docet ex Theol. Ricar. 4. d. 27. ar. 4. q. 3. ad 1. & ibi Palud. q. 4. ar. 2. n. 10. Supplem. Gabriel. q. 3. ar. 1. ad fin. Sorus. q. 3. ar. 1. colum. 4. D. Anton. 3. p. tit. 28. c. 3. Petrus de Soto l. 1. de matrim. pagina. 4. vers. hac igitur. Ledesma. 2. p. 4. q. 26. artic. 2. vbi de irregularitate, column. 3. Palacios. 4. d. 27. disput. 4. column. 2. Angles Floribus. p. 1. vbi de matrim. q. 1. artic. vltimo, in principio, conclus. 3. F. sed lib. 1. summ. c. 26. num. 4. Bellarminus lib. 1. de clericis cap. 24. columna penultima, in. 2. specie. Valentia. 4. par. disputat. 7. quaest. 19. pun. 80. 3. in. 1. specie irregularitatis. Emmanuel Sa in summa, verb. irregularitatis, vbi de irregularitate bigamia. nu. 1. Petrus de Ledesma de matrim. q. 66. ar. 3. colum. ante penultima. Manuel. 1. tomo summa. 2. editio. nec. 138. n. 1. paulo ante primam conclusionem. Ludouic. Lopez. 2. p. in stratorij, vbi de irregularitate. c. 22. in. 1. specie irregularitatis. Bartholomaeus a Ledesma de matrim. dubio. 73. colum. 2. Vega. 1. tomo summa. c. 38. casu. 2. Llamas methodo curationis. 1. p. c. 12. §. 3. & ex Iurisperitis. Innoc. c. e. nuper, de bigam. in fin. & ibi Host. n. 4. & hic idem in summa, eod. tit. nu. 3. casu. 4. Goffredus summa, eod. tit. nu. 1. Astensis. 2. p. summa, lib. 6. tit. 7. art. vnic. quaest. incul. 2. Angelus, verb. bigamia. n. 7. Supplem. cum Pisang ibi. n. 1. Syl. statim in principio. Tabiena. q. 1. Armilla. num. 12. Montaigna de bigamia. q. 4. n. 2. & quaest. 6. nu. 2. Lex regia. 35. tit. 5. p. 1. Auferius in decisione Capellae. Tholosanae. 235. n. 5. Nau. summa. c. 17. n. 195. Turrec. cap. vnicus vxoris. n. 7. d. 26. Maiolus lib. 1. de irregularitate. cap. 33. n. 3. Humada. p. 1. tit. 5. l. 5. super glossa. 33. numer. 2. Vnde non est fides habenda Henriquez lib. 12. de matrim. c. 6. nu. 9. vbi hanc esse bigamie speciem negat. Quod nec sacramento vero defuerit significatio: cum nullum verum matrimonium interfuert: nec in iure casus sit expressus. Sed dic satis esse ad huiusmodi bigamiam, vt affectum duo inita sint de facto matrimonia: & quantum est ex parte contrahentis significatio sacramenti deficiat. Cum irregularitas in hoc euentu non incurrat ob sacramenti veri defectum, sed propter affectum

KK 4 cum

am opere subsecuto: vt dicitur. c. nuper. de bigamis. Posteriorem autem modum, nimirum, quando alterum matrimonium est validum, alterum autem irritum, siue simul, siue successiue inita sint, docent ex Theologis. D. Tho. 4. d. 27. q. 3. ar. 1. questiuicula. 1. corpore, & ibi Durandus. q. 4. nu. 7. Maioris. q. 6. paulo post principium. Vigerius lib. institutionum. cap. 16. §. 7. vers. 14. Ricardus, Paludan. Supplementum Gabrielis. D. Antoninus, Sorus, Palacios col. 5. Angles. d. art. vlt. in principio. Bellarminus, Valentia, Henriquez, Toledo, Petrus de Ledesma, Ludouicus Lopez, Philiaricus, Manuel, Llamas, Vega proxime allegati. Celata. 4. d. 27. q. 4. statim in principio. Vivaldus candelabro sacrum. 2. p. vbi de irregularitate bigamiae. n. 3. & ex Iuris peritis, Glossa. c. 2. de bigam. verb. in bigamis. Speculator. tit. de dispensatione. §. iuxta. n. 6. vers. & scias. Goffredus summa. tit. de bigamis. n. 1. & ibi Host. n. 3. casu. 4. Archidiaconus. vnic. nu. 1. de bigam. in 6. & ibi Ioan. Andr. n. 1. Anchar. n. 5. Dominicus. n. 7. idem Ioan. Andric. nuper. n. 3. de bigam. & ibi Anron. n. 8. Abbas. n. 4. Cardinalis ad finem. Anchar. n. 1. notabili. 3. Bellemera. q. 2. nu. 7. Albericus in suo dictionario, littera. B. verb. bigamia. Rebuffus de pacificis possessor. n. 194. Villadiego de irregul. c. 13. n. 2. Rosella, verb. bigamia. n. 1. Astenfis, Angelus, Supplementum Pisanae, Sylu. Armilla, Tabiena, Aufrelius, Montaigna, lex regia. 3. 1. Nauar. Turrec. Maiolus, proximè allegati. Couarrub. Clem. si furiosus, de homicid. 1. p. §. 2. nu. 2. Borgasius de irregul. p. 1. tit. de bigamis. nu. 23. Antonius Cucus lib. 4. institutionum maiorum, tit. 12. n. 160. Quamuis aliqui ex his Doctoribus appellent bigamiam in hoc duplici casu similitudinaria, vt Angelus, Sylu. Maioris, Supplementum Gabrielis, Petrus de Ledesma. At communiter appellatur interpretatiua.

Hinc deducitur, irregularè esse qui vxore nondum cognita, eaq; superstitè ad aliud de factò matrimonium transit, illud consummans, si postea coactus ab Ecclesia redire ad legitimam vxorem, eà carnaliter cognoscat. Quòd ex tunc verificetur hunc duo iniisse, ac consummasse matrimonium, alterum de iure, & alteru de facto. Ita D. Thom. 4. d. 27. q. 3. ar. 1. questiuicula. 2. ad. 3. Astenfis. 2. p. summa, lib. 6. tit. 7. art. vnic. questiuicula. 2. 1123

Temperat autem Henriquez lib. 12. de

matrim. c. 6. n. 9. in commento, littera. X. vt sit irregularis qui duplex matrimonium inire, nisi vbi semel matrimonium irritum contraxit, cognita eius nullitate ad aliud transeat. Dicitur, quòd iterans baptismu, quando prior fuit irritus, non sit irregularis. Sed hoc non credo, nec video qualiter coherere possit cum posteriori casu. n. 3. proposito. Cùm hic reuera quàm est ex parte sui affectus duo matrimonia ineari. Neq; est simile de baptismo. Quia irregularitas non est inflicta propter iterationem baptismi irriti, imò præceptum est illius iterandi. At bigamia incurritur ob solum affectum duo matrimonia in eundem, eiu opore subsecuto, vt nu. 3. probauimus.

Alij autem temperant, irregularem esse dicentes, qui priori legitimo matrimonio dissoluto, contrahit aliud de facto, id est, irritum, quando conscius impedimentis irritantis, posterius iniit. Quare ignorans impedimentum, & putans fe validè contrahere, minimè incurreret hanc bigamiae irregularitatem. Ducunt, quòd hic ad secundans nuptias transido minimè deliquerit, & ex parte altera fuerit irritu matrimonium posterius, ac proinde nocere non debet, non enim præstat impedimentum, quòd de iure non fortitur effectus, regula, non præstat, de regulis iuris, in. 6. Quòd si dicas bigamiae irregularitatem non indigere culpa vt incurritur. Respondent id verum esse in alijs bigamiae modis, qui ob sacramenti defectum instituti sunt, seueus in hac bigamiae specie, quæ non ob significationis defectum, sed ob delictu incurritur, vt constat ex cap. nuper, de bigamis, ex quo hanc irregularitatem deduci probauimus, nu. 3. vbi delictum ponderari videtur ad hanc incurredam, in principio textus, vers. vnde illum, & vers. sicut in ea none, vbi Innoc. III. author illius canonis duo argumenta de criminosis affert, vt inde deducatur iure optimo irregularitatem affici incurrentem de facto posterius matrimonium. Alterum est, iure ciuili notari infamia duas simul vxores ducentem. I. eum qui. C. de adulter. Alterum verò, iure canonico. c. presbyterum. d. 28. presbyteru qui non legalibus nuptijs detinetur puniri. Ergo verè textus intelligitur, quando in posteriori matrimonio culpa adfuit. Et confirmatur, quia Host. eo. c. nuper. nu. 5. verb. in ipsi, reddit rationem decisionis illius textus punientis affectum. Quia in maleficijs voluntas spectatur, non exitus

Idius. ff. ad. l. Cornelij, de fideiur. Hanc sententiam sustinent Archid. c. vnic. de bigam. in. 6. n. 1. & c. cognoscamus. n. 1. d. 34. dicit fore ita esse, & Bellemera. c. nuper. q. 2. n. 1. de bigamis. Idem sustinet dicens fore ita esse, Astenfis. 2. p. summa lib. 6. tit. 7. art. vnic. questiuicula. 2. Et iuxta hanc opinionem idem dicendum est de irregularitate contrahentis duo matrimonia irrita. Si enim ignoret vtrumq; esse irritum, illam non incurret. Quia deficit delictum, & ex altera parte fuit vtriq; matrimonium nullum, & ideo nullo pacto præstabit impedimentum aliquod ad ordinem. Constat etiam, quoniam hic casus similitèr deducitur ex. d. c. nuper: sicut & quando alterum matrimonium fuit irritu, & alterum validum (vt nu. 3. probatum reliqui.) Ergo eodem modo vterq; casus intelligendus est, quando adfuit delictum. Item potest probari hæc limitatio. Quia eo. c. nuper, expresse dicitur, in eo casu non incurrere bigamiam, & irregularitatem, ob defectum sacramenti, quando saltem alterum matrimonium est irritum: nulla enim ibi desunt sacramenti significatio. Cùm matrimonium irritum non sit aptum ad significationem coniunctionem Christi cum Ecclesia, sicut nec concubinatus, & ideo ab illa nequit deficere: validum verò, cum sit vnicum, non deficit: sed dicitur ibi incurri hanc irregularitatem, propter affectum duplicis matrimonij in eundem. Cùm ergo non incurritur defectus significationis, incurritur ob solum delictu. Non enim datur alius modus incurrendi, nisi ob delictum, vel ob significationis defectum. Itè quia irregularitas similitudinaria, quæ contrahit clericus in sacris constitutus ducens vxorem, oritur ex delicto (vt probabo disput. sequent. n. 10.) eò quòd matrimoniu duplex verè non concurrat, nec vera diuisione carnis in plures per copulam matrimoniale, quòd bigamia producat irregularitatem defectu significationis postulat. Sed est duplex similitudinaria matrimonium (vt disput. sequenti nu. 5. explicabimus.) At re vera non est duplex matrimonium in nostro casu, nec diuiditur caro in plures per matrimonium aliquod verum. Non ergo oritur inde irregularitas ex significatione, sed ex solo delicto. Si autem alterum non sit irritum, quamuis crederet alterum esse validum, vel vtrumq; non sit esse irritum, incurret hanc irregularitatem. Quia in vtroq; casu inuenitur affe-

ctus ad duplex matrimonium cum opere subsecuto. Nec desideratur delictum in vtroq; vt constat, quando enim contrahitur alterum irritum sciens, & alterum validum, siue hoc, siue illud præcedat, incurritur hæc irregularitas (vt diximus. n. 3.) & fatetur etiam Doctores huius limitationis. Et tamen in solo altero matrimonio delinquitur. Alijs verò limitatio dicta displicet, & censent irregularitatem hanc contrahi, siue posterius matrimonium de facto iniens sciat, siue ignoret id esse irritum. Quia textus. d. c. nuper, non ponderat affectum delinquendi, sed affectu duplicis matrimonij in eundem, eo subsecuto de facto, & consummato. Cùm ad bigamiam delictum minimè desideretur. Neq; obstat, textum. d. c. nuper, argumentis ex duplici delicto petitis vsum fuisse ad demonstrandum huius bigamie iustitiam. Ea enim non induxit ad probandum illam esse delicto contrahi, sed ad ostendendum non esse nouum in iure, affectum effectu carentem puniri. Et ideo hanc sententiam sustinent, Ioannes Andric. vnic. num. 1. super Glossa. 3. de bigamis, in 6. & ibi Anchar. n. 5. Dominicus. nu. 5. vers. in ea Glossa, ibi. Francus ibi. n. 4. Idem Ioannes Andr. d. c. nuper. n. 3. & ibi Anton. n. 8. Cardinalis ad finem. Abbas. n. 4. Anchar. n. 1. notabili. 3. Henricus. nu. 23. Angelus, verb. bigamia n. 9. & ibi Syl. q. 7. Montaigna de bigamia q. 6. n. 4. Et quamuis vtraq; opinio sit satis probabilis, & hæc sit communior. Prima tamen magis mihi placet. Quia fortiori bus inuenitur fundamentis.

Tertius modus bigamiae interpretatiue est, quando quis vnicum matrimonium cu vidua contractum, dummodo sit à priori vxore cognita, aut cum corrupta per coitu illicitum consummat. Hic modus habetur. c. 1. & c. debitum, de bigamis, & c. vnic. eo, de cleric. coniug. in 6. & c. curandum d. 34. quod est ex Hilario Papa in Synodo Romana. c. 2. & c. præcipimus, eadem. d. quod est ex D. Gregorio in epistolis, lib. 2. Epistola. 27. & cap. final, eadem. d. quod est ex Gelasio Papa. Et. c. si quis viduam, cl. 1. eadem. d. quod est ex Innoc. Papa Epistola. 2. c. 5. & c. si quis viduam, cl. 2. eadè d. quod est ex canon. 18. Apostolorum, & c. si quis viduam. 50. d. quod est ex concilio Martini Papæ. c. 26. & cap. final. d. 51. quod est ex concilio Toletano. 4. c. 1. 8. & c. qualis. 30. q. 5. quod est ex Leone Papa, & c. nemo, quod est ex Synodo Meldensi

d. 32. & c. matrimonium. d. 33. quod est ex D. Gregorio Papa. Huius autem irregularitatis ratio est tradita nu. 1. Qualis autem debeat esse hæc corruptio, dixi disp. præcedenti. n. 7.

8 Vtrum autem excuset ab hæc irregularitate, contrahentem existimasse eam, quam ducit, esse virginem, cum tamen sit corrupta: vel eam omnino violenter cognitam esse, dicam hac eadem disp. n. 15. Non contrahitur tamen hæc irregularitas, si quisquam virginem ducat, existimans eam esse corruptam. Quia celsura nunquam incurritur ob solam intentionem, deficienti facto. Vt excommunicatus non est, credens se percutere clericum, cum laicum percutiat: nec est irregularis necans feram, putans esse hominem. Et. l. eum qui. §. iniuriarum. ff. de iniur. habetur verberantem Seium, cum crederet Titium, teneri adione iniuriarum, non illi, quem intendit, sed quem verberavit. Et ita docent Borgasius de irregul. p. 7. tit. de bigamis. n. 12. Antonius Cucus lib. 4. institutionum maioris, tit. 12. n. 176. Sed fortiter videtur contra hoc esse ratio tradita. c. nuper, in fine, de bigam. vbi ponderatur affectus duplicis matrimonij inveniendi ad hanc irregularitatem: quantum carerit effectu. Quia aut vtrumque, aut saltem alterum est irritum. (vt dixi num. 3. Sed respondeo, ibi cum affectu concurrisset factum, nam re vera duplex ille contraxit de facto matrimonij, quantum aliunde irritum fuerit. At in nostro casu non interuenit factum cum effectu. Credebat enim ille se corruptam ducere, at de facto ipso non duxit, sed virginem.

9 Rogabis tamen, cur matrimonium vnicuique corrupti cum virgine non reddat hunc irregularem: cum tamen id efficiat, quando femina est corrupta? Nā potius vrget ratio in priori euentu. Quod verè vir ille carnem suam diuiserit in plures, nimirum, in vxorem, cum qua consummat, & in feminam prius fornicariè cognitam. Quod non contingit in posteriori casu: sed fit, & interpretatiuè dicitur carnem suam in plures diuisisse. (Vt num. 1. explicui.) Adde in vtroque casu deficere significationem matrimonij Christi cum Ecclesia, in quo vterque intactus est. Difficilis est assignatus ratio: & ideo defatigantur Authores in ea querenda. Et Glossa communiter recepta à iuris Pontificij professoribus. c. debium, verb. cognitam, de bigam.

varias rationes assignat. Quas tamen elegit sibi consutans D. Th. 4. d. 27. q. 3. ar. 1. quæstionibus 3. hanc eam rationem tradit, communiterq; à Theologis recipitur, & à nonnullis Iuris peritis. Quippe consensus matrimonium inuentis nõ cadit supra se ipsum, sed fertur in alterum coniugem; ita ipsemet cõtrahens esse quasi terminus, à quo, is autem, cui quo contrahitur, est quasi terminus, ad quem fertur alterius cõngis consensus. At nullus actus sortitur speciè à termino, à quo, sed à termino, ad quem. Vitium ergo corruptionis ipsius viri, qui est terminus, à quo, respectu sui matrimonij, non debet ipsi nocere, vt irregularis efficiat, sed vitij corruptionis in termino, ad què. Atq; subinde ipsa femina irregularitatis capax esset, efficeretur vtiq; irregularis propter viri corruptionem: sicut vir talis efficitur ducens corruptam. Sed aduersus hanc ratione fortissime insurgit Bellarm. lib. 1. de cleric. c. 24. ad finè, nam duo consummans matrimonia legitima cõ duplici vxore virgine, est verè bigamus, & irregularis. Cui tamè in termino, ad què, nõ fit vitium, sed in ipso met viro ad duplices nuptias transente. Et ideo concludit, huc ducente corruptam non esse irregularem irregularitate bigamiæ, sed q; ita stauerit Ecclesia ob dignitatè ordinis. Cui nulla differentie ratio possit assignari. Itè, quia c. si quis vidua, el. 2. 34. d. vbi prohibetur, Sacerdotè fieri, qui duxit uxoribus: similiter prohibetur, ducente ancillam, aut comædiarum actricem. Vbi nullu locu habet bigamia, sed sola infamia. Sed à cõmuni omnium sententia recedendū non est. Omnes enim alij, & Theologi, & Iuris periti, quos n. 3. retuli, hanc irregularitatè inter bigamiæ interpretatiuè modos numerant. Et ratio assignata à D. Thoma differentie, petita ex similitudine actuum naturalium, quæ speciè à termino, ad què, fortitur, est optima congruentia: quauis nõ omnino cõ uincatur: vt in cæteris rebus moralibus euenit. Nec obstat prior ratio Bellarmini. Quia cõsummans duplex matrimonij nõ efficitur irregularis propter vitij matrimonij iniri, sed ob ipsius multiplicitem: ac proinde non spectatur, an vitij sit à termino, à quo, vel ad què, ex quo actus speciè sumit. At quando est vnicuique matrimonium cum corrupta, consurgit irregularitas ex ipsius matrimonij vitio: ac proinde iure optimo petitur, vt id vitium consurgat ex termino, ad quem. Neque obstat etiam

poste-

posterioris ratio. Quod in eodem textu plures irregularitates sanciri ex duobus casibus, nihil obstat. (Vt supra dixi.) 10 ob. Triplex autem difficultas breuiter discutienda insurgit circa hæc bigamiæ interpretatiuè modū. Prima est, vtrum hæc irregularitas incurrat ducens vxorem viduam, vel fornicariè cognitam, inualidè tamè propter aliquod impedimentu. Et sermo est de eo, qui nec professus, nec in sacris constitutus est. (De hoc enim est habendus sermo disput. sequenti.) Plerique affligant hunc irregularem esse, ducti per cap. finale, de bigam. vbi redditur ratio, cur in sacris constitutus contrahens vnicuique matrimonij irritum ob ordinis impedimentum sit bigamus, & irregularis: eò quod habuerit affectu contrahendi cum opere subsequuto. Quæ ratio militat in præsentia euentu: hic enim habuit affectum contrahendi cum corrupta, & de facto quantum est ex parte sua cum illa coporata. Hanc partem sustinent Ricardus. 4. d. 27. ar. 4. q. 3. corpore, & ad. 1. & ibi Palud. q. 4. ar. 4. n. 28. & d. 8. q. 3. ar. 3. conclus. 2. fin. n. 3. Goffred. summa, tit. de bigam. n. 10. & ibi Host. n. 3. casu. 4. Alberic. in suo dictionario, litera B. verb. bigam. in fin. Astè sis sum. 2. p. lib. 6. tit. 7. ar. vnic. quæstionibus 3. Montaigne de bigamia. q. 6. num. 2. vers. 4. Couar. clem. si furiosus, de homic. t. p. §. 2. n. 2. vers. 2. & 3. dicens esse cõmunem sententiam. Decisio quædam Rotæ à Nauarro. n. sequenti allegando citata.

11 At verius est, non incurrir irregularitatem in hoc casu. Quod nullo iure id caueatur: & ita succedit regulæ, non præstat, de regul. iuris, in 6. vbi traditur generaliter, minime præstare impedimentu, quod de iure non sortitur effectu. Item quia quantum ratio reddita. c. nuper de bigamis, & c. fin. eodem tit. videatur hunc casum amplecti (vt probauit contraria sententia. n. præcedenti relata) at minime amplectitur. Quod ibi fit sermo de clerico in sacris constituto, qui vel ante ordines aliud matrimonij inij, vel post ordines ducit viduam: & illa ratio, quod habuerit affectu contrahendi opere subsequuto, nõ est integra ratio, sed in ea suppleri debet, cū ita aliud matrimonij contraxisset, siue veru ante ordines, siue similitudinaru per votu solenne ordini sacro annexu. Vnde nil refert ad irregularitatem, siue vidua, siue virginem duxerit (vt dicemus disput. sequenti. n. 1.) Et ideo huius sententiæ sunt, Naua. dicès

lic nuper in sacra Pœnitentiariæ decisum fuisse, in summa latina. c. 27. n. 195. & lib. 1. consiliorum, in vtraq; editione. tit. de bigamis, toto consilio. Valent. 4. p. disp. 7. q. 19. p. h. d. 7. in prima specie irregularitatis. Henricus lib. 2. de matrim. c. 6. n. 9. fin. & in commento, litera Y. Farinascius in sua præctica, tit. de inquisitione. q. 8. n. 8. in fine. Manuel. 1. tomo sum. m. 2. editione. c. 158. n. 5. conclus. 4. Philiberteus de officio sacerdot. com. 1. p. 1. lib. 4. c. 7. Ludouicus Lopez, 2. p. instructori, vbi de irregularitate. c. 22. in. 1. specie irregularitatis. Et videtur censere esse probabilem Emmanuel Sa summa, verb. irregularitas, vbi de irregularitate est bigamia. n. 2. vbi relata vtraque sententia nouam definitur.

12 Secundæ difficultatis est, an si illud vnicuique matrimonium cum vidua, vel corrupta, sit validum iuxta Ecclesie præsumptionem, quantum in foro conscientie nõ sit factum, incurritur hæc irregularitas? Vt si consensus fuit fictus, vel ante Tridentinū ad fuit cõpula animo fornicariè habita post sponsalia. Afirmant aliqui, propter rationes adductas in disputatione præcedenti. n. 6. sic docent Palud. 4. d. 27. q. 4. art. 3. n. 20. ar. 4. n. 29. Suppl. Gabr. ibi. q. 3. art. 3. dubio 2. Tabiena, verb. bigamia. q. 4. fine. Et id in vtroque foro verum esse, affirmant Palud. & Supplementum Gabrielis ibi. Sed probabilius est non incurrir. Quia cum id matrimonium sit irritum, dicendum est quod diximus, nu. præcedenti. Quare si id vitij corruptionis femine occultatum esset, aut id matrimonium, ita vt sine scandalo posset ille ad ordines promoueri, non indigeret dispensatione (vt in simili dixi disput. præcedenti, nu. 6. vbi contrariè rationi satisfeci.) Ita tradunt Henricus lib. 12. de matrim. c. 6. n. 9. in commento, litera Y. Vitaldus candelabro sacram. 2. p. vbi de irregul. bigamiæ. n. 8.

13 Tertiæ difficultatis est, an ducens feminam à se solè desloratam, efficiatur irregularis? Duplex est sententia. Prior affirmata ducitur ex cap. qualis, 30. q. 9. quod est ex Leone Papa, vbi de sponsa habenda ne quispiam bigamus efficiatur, sic dicitur, Quis debet vxor esse, quo habenda est secundu legem, virgo, casta, & desponsata in virginitate. Et. c. vnic. de cleric. coniug. in 6. vbi Quis cum vitio, & virginibus contraxerunt. Vbi clare petitur virginitas vxoris tempore iniri matrimonij: que tūc in hac de fuit. Secundò, quia per id matrimonij nõ pos-

sunt

sunt significati nuptiæ inter Christum & Ecclesiam: cum reuera adit corruptio re porre consensus, & consummationis mari monij: nec potest dici matrimonium hoc retrahat, ac fingitur in tempore, quo deflorata est vxor, ac proinde fictione iuris dictam esse virginem. Quia id statutum est e tanta, qui filij sunt legitimi, fauore legitimi prolis ante matrimonium conceptæ: quem defectum ius supplere potuit. At defectum significationis in hoc matrimonio inuenitur, supplere nequit. Tertio, quia eadem res nequit contraria operari. At matrimonium est dicit, vt deus corruptam sit bigamus. Ergo nequit efficere vt dices corruptam a se, non sit bigamus. Et idem hanc partem subinuenit Glossa. cap. maritum, verb. concubinam. d. 33. Et. c. ne mo, in fine. d. 33. Host. summa, tit. de bigamis, post arborẽ bigamiæ. q. 6. & c. 2. nu. 2. verb. virginem, de cleric. coniug. vbi Ioan. Andr. ad finem, Immol. nu. fin. Anchar. n. vltim. & c. vnic. n. 5. q. 1. eodem, tit. in 6. & ibi Archid. statim in principio. Astenis summa. 2. p. lib. 6. tit. 7. ar. vnic. q. 2. Posterior sententia (cui adheo) ait huc non esse bigamum, nec irregularem. Probat, quia irregularitas ducentis corruptam idem contrahitur, quod cum femina cum qua vir efficitur vna caro diuiserit carnem suam in plures, censetur etiam virum diuisisse ex iuris interpretatione (vt diximus hum. 1.) quo à hic nullatenus reperitur. Vxor enim non diuisit carnem suam in plures: cum ab vno solo cognita fuerit. Preterea, quia matrimonium illud retro trahitur purgans præcedens vitium. c. tanta, qui filij sunt legit. atque ita perinde est, ac si à principio quando ipsam virginem deflorauit, duxisset. Et argumenta contraria non obstat. Non primò, quia ij textus perunt virginatatem in vxore tempore initi matrimonij, ad hunc sensum, vt ea non sit ab alio corrupta. Adde retrahat matrimonium. Non secundò, quia falsò supponit ibi reperiri defectum significationis. Non tertio, quia matrimonium nõ est per se causa bigamiæ, sed id matrimonium, ex quo confurgit defectus significationis: & eo casu quo bigamiam inducit, non potest operari contrarium. Et idem hanc sententiam tenent, ex Theologis. D. Thom. 4. d. 27. q. 3. ar. 1. questum. 3. ad. 2. Ricar. ibi, ar. 4. q. 1. corpore. Palud. q. 4. art. 2. nu. 10. Maioris. q. 6. colum. 2. vers. & cum illo. Supplementum Gabriel. q. 3. ar. 2. ad finem. So-

lus. q. 3. ar. 1. colum. penul. in fine quartæ conclusionis. Palacios disput. 4. colum. 2. Celaia. q. 4. ad finem. D. Antonius. 3. part. tit. 28. cap. 3. Petrus de Soto lectio. 18. de matrim. pagina. 4. vers. hæc igitur in fine. Ledesma. 2. p. 4. q. 26. ar. 2. vbi de irregul. colum. 2. folio. 263. Toledo lib. 1. summa. c. 26. n. 4. Petrus de Ledesma de matrim. q. 66. ar. 3. colum. 7. post. 6. conclusio. vers. sed circa hoc. Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 6. nu. 10. Valentia. 4. p. disput. 7. q. 19. puncto. 3. in 1. specie irregularitatis, colum. n. 1. Emmanuel Sa summa, verb. irregularitas, vbi de bigamia, num. 1. Phylarcus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 1. lib. 4. c. 7. Ludouicus Lopez. 2. p. instructio. 1. vbi de irregularitate. c. 22. in 1. specie irregularitatis. Barthol. à Ledesma de matrim. dub. 73. fin. Manuel. 1. tomo summa. 2. editio. c. 158. n. 3. concl. 2. fine. Vivaldus de clero sacram. 2. p. vbi de irregularitate bigamiæ. n. 4. Vega. 1. tomo summa. c. 3. casu vit. Llamas methodo curationis. 1. p. c. 2. 9. 2. & ex Iurisperitis, Glossa. c. debuit, in fine, de bigamis, & c. qualis, verb. desponsata. 3. o. q. 5. & c. vnic. verb. contraxerunt, de cler. coniug. in 6. c. 2. de cleric. coniug. in fin. vbi Anton ad fin. Abbas. nu. 4. idẽ Anton. c. tanta. n. 16. qui filij sunt legit. & d. c. debuit. n. 10. Ioan. Andr. d. c. tanta. n. 3. in fine. idem Abbas. d. c. debuit. n. penul. Cardin. d. c. 2. q. 3. Francus. c. vnic. in principio. n. 2. & ibi Dominicus in principio. n. 6. de cleric. coniug. in 6. idem Dominicus. c. nemo, in fin. d. 32. & ibi Archid. n. vnic. Turrec. ibi, ar. 2. n. 2. & dicit esse celebrosẽ Goffred. summa, tit. de bigam. n. 5. Et etiam tenet Alberic. in suo dictionario, litera. B. verb. bigam. Monaldus summa, vbi de irregularitate propter bigamiam, colum. 2. vers. itẽ si aliquis. Ioannes de Turburgo in summa confessionum, lib. 3. tit. 3. q. 5. Albertus Trotius lib. 2. de vero, & per factõ cleric. c. 1. n. 3. Rosell. verb. bigam. n. 3. & ibi Supplementum. Pifana. n. 2. Angel. n. 5. Sylu. in principio, Armil. n. 6. Tabien. q. 3. Montaigna de bigamia. q. 6. nu. 4. & 5. Villadiego de irregul. c. 13. num. 1. Lex regia. 3. tit. 5. p. 1. & ibi Greg. Lopez. verb. el mismo. Nauar. summa. c. 27. nu. 1. 95. Coenar. Clem. si furiosus, de homic. p. 6. 2. n. 2. fin. Antonius Gomez. 3. variarum. c. 10. n. 4. Borgasius de irregul. p. 5. tit. de bigamis. n. 47. Antonius Cucus lib. 4. in institutionum maiorum, tit. 12. nu. 177. Maiolus lib. 1. de irregul. c. 33. num. 5. Farinacius in

sua practica, tit. de inquisitione. q. 8. num. 8. Lancelotus Instituta iuris canonici, lib. 1. tit. qui promoueri non possunt. §. item repellendi sunt, verb. in plures. Zuallos in suis practica. q. 55. 6. n. vnic.

15 Vltimus bigamiæ interpretatur modus est, quã incurrit ducens virginem, si postquam adultera est, illam carnaliter cognoscat. Hic casus habetur expressẽ. c. si cuius. d. 34. quod est ex Cõcilio Neocæsariensi. c. 8. cuius ratione reddidi num. 11. Hunc casum quidam intelligunt, quando vir sciens & prudẽs adulteram cognoscit, secus si ignarus adulterij. Ducuntur, quia licet officij lege coactus hominem enecãs sit irregularis, vt iudex, at secus est de omninò ignorante. Secundo, quia cū homo nõ quatenus sensualis est, sed quatenus rationalis incurrat irregularitatem: necesse est, vt actus illa, ob quas irregularitatem contrahit, sint rationales, id est, ex iudicio rationis profectæ, ac proinde voluntariæ. Quod aufert ignorantia. Et confirmatur, quia significatio hominis, vt homo est, procedit ex ratione, & arbitrio. Quæ defunt, existente ignorantia. Sic docere videtur Glossa. c. 2. de bigam. verb. in bigamis. Rebutus de pacificis possessoriis. n. 194. Lex regia, tit. 5. p. 1. vbi proponentes hunc casum dicunt, quando sciẽter cognoscit vxorem adulteram maritus, incurri hanc irregularitatem. Et Greg. Lop. ea. l. 35. verb. que ver, dicit hanc sententiam esse æquiorẽ. Et tenent expressẽ Emmanuel Sa summa, verb. irregularitas, vbi de bigamia. n. 3. & Petrus de Ledesma de matrim. q. 66. ar. 3. columna penultima. Et in quodam simili, nempe, quando quis dicit corruptam, putans eam virginem, docent hunc excusari ab irregularitate, Petrus de Ledesma ibidem. Emmanuel Sa n. 3. & fortassẽ ita esse tradit Antonius Cucus lib. 4. institutionum maiorum, tit. 12. n. 175. nisi cognita eius corruptione, eam postea cognoscat. Alij verò sentiunt, cognoscẽtem ignoranter vxorem adulteram repellit ab ordinibus suscipiendis, non vero à receptorum executione. Sic Præpos. d. c. si cuius. Bernardus Diaz practica canonica, in noua editione. c. 16. ad finem. Antonius Cucus lib. 4. instit. maior. tit. 12. n. 164. Sed tenendum est, contrahi hanc irregularitatem, ex quacunq; adulterij ignorantia cognoscat vxor. Quod hic non agatur de vitio promouendi ad ordinẽs, ad quod desideratur scientia: sed de

significationis defectu, quem potest pati ignorans. Et lex promotionis factum requirit, non voluntatem. c. vlt. 15. q. 1. Nec obstant argumenta contraria. Non primò, quia longè alia ratio est de irregularitate ex occasione iusta confurgente, & de hac. Quod illa oriatur ex defectu perfectæ lenitatis, qui nullatenus inuenitur in ignaro occisionis. Hæc autem ex defectu significationis sacramenti, qui æquẽ inuenitur, siue scientia, siue ignorantia adfit. Nõ obstat etiam secundum cum sua confirmatio, ne, quia factis est copula illa sit voluntaria, & ex arbitrio procedat, ac proinde sit actus humanus: quatenus ignoretur corruptio, vel adulterium vxoris. Et idem ita sustinet ex Theologis Ricardus. 4. d. 27. ar. 4. q. 1. corpore. Et ibi Maioris. q. 6. paulò post principium, corollario. 4. & primo argumento contra primam conclusio nem. Supplementum Gabrielis. q. 3. art. 1. vers. secundo contrahitur. Palud. q. 4. ar. 2. n. 11. & d. 35. q. 1. ar. 4. n. 27. Abulẽs. c. 19. Matt. q. 72. ad. 4. Sotus. 4. d. 27. q. 3. art. 1. colum. penult. conclusio. 5. Petrus de Soto lectio. 18. de matrim. pag. 4. vers. hæc igitur. Ledesma. 2. p. 4. q. 26. ar. 2. vbi de irregular. colum. 2. folio. 363. Castro lib. 2. de lege pœnali. c. 14. corollario. 2. quod infert ex prima conclusione. Angl. florib. 1. p. vbi de matrim. q. 1. ar. vltimo, in principio. Toledo lib. 1. summa. c. 26. n. 6. Phylarcus de officio Sacerdotis, tom. 1. p. 1. lib. 4. c. 7. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 6. n. 10. Manuel. 1. tomo summa. 2. editio. ne. c. 158. conclusio. 3. n. 4. Vivald. can. delabro sacram. 2. p. vbi de irregul. bigamiæ. n. 5. Ludouicus Lopez. 1. p. instruct. c. 83. columna antepenult. verb. ingressurus, & c. 2. p. vbi de irregul. c. 22. in prima specie. Palacios. 4. d. 27. disput. 4. columna. 4. Bartholomæus à Ledesma de matrimonio. dubio. 73. columna. 2. Et ex Iurisperitis Goffredus summa, tit. de bigamis n. 8. & ibi Host. n. 3. Ioannes Adreas. c. 2. n. 7. eodẽ tit. Anton. n. 11. Card. q. 1. Abb. n. 8. Bellamera. q. 7. n. 6. Henricus. c. 1. eodẽ tit. n. 16. Idem Abb. c. si vir. n. 2. de adulter. & ibi Ananias. n. 2. idẽ Card. Clem. ex eo. n. 4. oppositio. 1. de sent. excom. Albericus in suo dictionario, litera B. verbo bigamia. Felinus. c. ius generale. d. 1. columna. 6. vers. maritus adulteræ. Gulielmus Benedictus. c. Raynuntius de testam. verb. eundem Petro. n. 62. Astenis. sum. 2. p. lib. 6. tit. 7. artic. vnic. quæstiuicula. 2.

Turrecr. cap. si cuius, ar. 1. nu. 2. & 3. d. 34. vbi hæc statuitur irregularitas, petitur vt vxoris adulteriū sit euidenter probatum. Sed dicendum est cū Castro lib. 2. de lege penali. c. 14. corollario. 2. quod inferit ex r. cōclusionē, hanc facti euidentiam ad hoc solū ibi peti, vt si vir tentaret sacros ordines recipere, iustē posset repelli in foro externo: nō autē vt vir ipse sit irregularis. Vnde optimē Nauar. sum. c. 16. nu. 27. ait quoad forū conscientie nil referre possit vir probare adulteriū, nec ne. Tandē idem dicendum est, quanvis scēmina sit vi precepta cognita, illā enim ducens, aut iam ductā virginem, cognoscens post id adulterium violentū, efficitur irregularis, & bigamus. Quia vis illa præcisa exculat scēminā à culpa: parat non efficit matrimonium illud esse aptum ad significandam coniunctionem Christi cum Ecclesia. Atq; ita docēt Glos. fa. c. nemo, verb. virgo. d. 32. & ibi Turrecr. ar. 1. nu. 1. Montaig. de bigamia. q. 6. nu. 5. Henriquez lib. 12. de matrim. c. 6. n. 10. Maiolus lib. 1. de irregul. c. 33. nu. 6. Pala. 4. d. 27. disput. 4. col. 4. Vidualis candelabro sacram. 2. p. vbi de irregul. bigam. ar. 7. Tandem dubitatur, an maritus cognoscens vxorem adulterā, Ecclesia precipiente, vel eodē quod illis pēdet, vel quia nūquā adulteriū probare, incurrat hanc irregularitatem? Quidā negant. Quia iniuste puniretur ob actum, ad quē tenetur, contra. c. Nabuchodonosor. 23. q. 4. Secundō, quia aliis eodem actū mereretur vir, & demeretur: ac dignus esset præmio, & pœnā contra cap. sciendum. 8. quæ st. 1. & eadem res contrariis haberet effectus, contra. l. qui hominem. §. vltimo. ff. solu. matrim. Tandem quia vir tunc nō sibi præiudicat, quin possit acculare vxorem de adulterio, eodē quod potius dicatur cognosci, quā cognoscere vxorem. Ergo nec sibi præiudicabit ad irregularitatem incurrendam. Et ita sustinent Innoc. c. inquisitione. n. 1. de sentent. excom. & ibi Ioan. And. n. 3. Anton. n. 12. Anchar. n. 3. & ita affirmat posse dici Glossa finalis. c. si cuius, d. 34. & dicit esse probabile Palacios. 4. d. 27. disputation. 4. colum. 4.

Ceterū dicendū est, hunc incurrere irregularitatem. Idq; probatur iisdē rationibus, quibus. n. 15. probauimus eā incurrere, quādo ignarus adulteriū cognoscit vxorē: & idē hanc partē tenent ex Theolog. D. Th. 4. d. 77. q. 3. art. 1. quæstion. 3. ad. 4. & ibi Palud. q. 4. ar. 2. n. 11. Supplementum

Gabriel. q. 3. art. 1. vers. secundō contrahitur. Duran. 4. d. 35. q. 1. ar. 2. nu. 7. Abulen. c. 19. Math. q. 72. ad. 4. Castro lib. 2. de lege penali. c. 4. duplici pagina ante fin. Sotus. 4. d. 27. q. 3. ar. 1. colum. penult. conclusion. 5. Veracruz. 3. p. Specul. ar. 5. conclus. 4. D. Antoninus. 3. p. tit. 28. c. 3. Henriquez lib. 12. de matrim. c. 6. nu. 6. Petrus de Ledesma matrim. q. 66. ar. 3. col. penult. Ludouicus Lopez. 1. p. in stru. torij. c. 83. col. antepen. vers. ingressurus, & 2. p. vbi de irregul. ar. c. 22. in. 1. specie irregularitatis. Manuel. 11. tomo summa. 2. editio. c. 178. n. 4. conclus. 3. Vidual. candelabro sacram. 2. p. vbi de irregul. bigam. n. 6. & ex Iurisperitis, Gloss. c. si cuius, in fine. 34. d. art. ita probabiliter dici posse, & tenent Hostien. c. inquisitione, statim in principio, de sentent. excom. Card. ibi. n. vnic. vers. quid si reddit ad præceptū. Henriquez. c. 1. nu. 18. de bigamis. & c. significasti. n. 10. de diuor. & c. fin. n. 5. de adulter. Idem Host. summ. tit. de bigamis, post arborē bigam. 39. 9. & ibi Goss. n. 9. Albericus in dictionario, littera. B. verb. bigamia, & littera. M. verb. matrim. 8. vers. quid si aliquis. Do minicus. d. c. si cuius. q. penult. & ibi Turre. ar. 2. nu. 5. Montaig. de bigam. q. 6. nu. 6. Auferius de cōsuetudine Capellæ Tholoz. 13. §. n. 4. & 2. 16. n. 1. Bernardus Diaz in practica canonica, in noua editione. c. 16. fin. & ibi Salzedo in additione fin. Alber. Trocius de vero & perfecto clerico. c. 1. n. 2. Rosell. verb. bigamia. nu. 6. & ibi Supplementum Pisan. n. 5. Angel. n. 2. Sylu. statim in principio, Armill. n. 2. Tabiena. q. 3. Nauar. summa. c. 16. nu. 27. Couar. clem. si furiosus, de homicid. 1. p. §.

2. n. 2. vers. 4. Gaeta repetition. c. ad lmina 30. q. 1. §. 4. nu. 256. Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. finali, in practica criminali. q. 36. num. 10. Maiolus lib. 1. de irregul. c. 33. nu. 7. Borgalius de irregul. p. 5. tit. de bigamis. n. 46. Antonius Cucus lib. 4. institutionum maiorum, tit. 12. n. 165. Gutierrez q. canonicis, lib. 1. c. 25. n. 15. Flaminius de resignatione benefic. lib. 5. q. 5. n. 189. Cenedo in collectaneo ad Decretales. 166. n. vltim. Atq; hæc sententia receptissima est apud ferē omnes Doctores.

Ad argumenta. n. 16. proposita respondeatur. Ad primū dicē, bigamia hanc nō inducere rationē punitiois, & pœnæ; & ita nil mirum esse, si contrahatur absq; delicto, imō ob actum meritorium, & obligatorium. Sicut iudex tenetur pœnā mortis reo inferre, atq; illum inferens incurrit irregularitatem, non ex delicto, non ex significationis defectu insurgentem. Ad secundū dico, illo actu non mereri, & demereri respectu eiusdem. Quia meretur augmentum gratiæ, & gloriæ: demeretur autem respectu irregularitatis, nec hoc est propriū demereri: cum hæc irregularitas non sit pœna. Atque primum hi effectus non sunt contrarij. Ad vltimum dico, longē diuersam esse rationem. Quia usus accusandi amittitur per copulam post adulterium habitam, eodē quod cum illa sit actus amicitiae, præsumitur, ac censetur condonatio iniuriæ: quod habere nequit, vbi copula non est spontanea, sed præcepto iudicis coacta. At irregularitas incurritur, eodē quod deficiatur à coniunctionis Christi cū Ecclesia significatione. Ad quod nil refert copulam coactam esse.

## DISPUT. OCTOGESIMA QUINTA.

Qualiter incurratur irregularitas ex bigamia similitudinaria, eodē quod in sacris constitutus, aut professus vxorem ducat?

## SVMMARIVM.

Ducens viduam in sacris constitutus, est bigamus, & irregularis, nu. 1. Quid, si virginem ducat. Referuntur varia sententia. n. 3. 4. Proponitur sententia Authoris, nu. 5. An desideretur copula, & qualis, ad hanc irregularitatem? n. 6. An professus matrimonium iniens sit irregula-

ris. Referat opinio, numero 7. Exponitur sententia Authoris, nu. 8. An exigatur copula, & qualis? n. 9. 2. An hoc irregularitas oriatur ex delicto? numero 10. An qui vocum simplex castitatis emisit, efficiatur irregularis, matrimonium contrahens? nu. 11. An laicus monalem professam ducens sit irregularis? nu. 12.

**Q**uestionem hanc difficilem reddidit diuersus loquendi modus Doctorem. Et quia non omnes loquuntur de clerico in sacris constituto, & de professo, & aliqui diuersimodè de illis sentiunt: ideo prius sermone habebit de clerico in sacris constituto, & deinceps de professo. Et quidem non cadit in dubium, quin clericus in sacris constitutus viduam cognitam à priori viro uxorem ducentem, ac cum illa consummans, efficiatur irregularis. Id enim expressè de ceditur. cap. finali, de bigamis, ubi dicitur hunc non esse propriè biganum, quòd vnicum tantum matrimonium, idque irritum inierit, & sic non defecerit à significatione sacramenti matrimonij, sed ob affectum intentionis inuendi matrimonij, cum opere carnali subsequuto, esse irregulare instar bigami. Huius autem irregularitatis rationem reddam, nu. 5.

Dubium autem est, de clerico in sacris constituto virginem ducete, an sit irregularis? Varios inuenio modos hanc irregularitatem explicandi. Quidam autem tunc sacris initiatum effici irregularem, quòd ante ordinem contraxit vnum matrimonium, & post ordinem aliud, vtrumque, cognoscit summàs: fecit si vnicum cum virgine inear, ac consummet matrimonium. Quia textus hanc irregularitatem inducentes, loquuntur de constituto in sacris, qui duplex matrimonium iniit, licet alterum ante ordinem sacrum, & alterum postea: vt cap. nuper, de bigamis, vel quando post ordinem dicit vnicam, viduam tamen: vt c. finale, de bigam. Et cum sint pœnalia hæc, non sunt extendenda ad constitutum in sacris, vnicam, & eam virginem ducentem: eò vel maxime quòd longè dispar ratio sit in his euentibus. Nam in primo, & secundo, eorum nuptiæ efficerent bigamum, & irregularem, laicum eas inuenientem. Atque proinde verificatur in eis ratio reddita in illis textibus, nimirum, concurrere in eis affectum intentionis cum opere subsequuto ad nuptias de se bigamiam inducentes. At in vltimo casu, id matrimonium nullà bigamiam laico inferret: ac proinde non inuenitur in clerico illud contrahenti affectus ad matrimonium eò vitio laboras. Ita docet. Anto. c. nuper. n. 7. de bigam. & ibi Abb. n. 3. Pala. 4. d. 27. disp. 4. col. 7. Henriquez lib. 14. de irregu. c. 4. statim in principio, in commento, & lib. 12. de matr. c. 6. n. 10. in commento, litera J. & fauet valde

Toledo lib. 7. summe. c. 8. fin. ubi ait nullo textu probari hanc irregularitatem clericis inuentis matrimonium, & ita esse incertam, & fauet etiã alij, qui explicantes hanc irregularitatem, dicunt eam incurrere existentem in sacris, qui eum vidua, vel secunda uxore cõtrahit, nec amplius explicant. Sic Dominicus. c. vnic. n. 6. & ibi Franc. n. 5. de bigamis, in. 6. Petrus de Soto lectio. 18. de matr. pag. 4. vers. hęc igitur. Anto. Cognus lib. 4. institutio. maioru. tit. 12. nu. 160. 161. & similiter fauent Goffre. sum. tit. de bigam. n. 1. & Villadie. de irregu. c. 13. n. 2. explicant enim hunc esse irregularem, si ante ordinem quoddam matrimonium, post ordinem verò aliud contraxerit.

Alij autem, clericum in sacris contrahendo matrimonium esse suspensum, non ea suspensione, quæ irregularitatem inducat celebrando, sed esse suspensum instar cuiuslibet notorii criminosis: ac proinde si matrimonium non sit notorium, sed occultum, minime indigere dispensatione. Ita Hostien. sanè sacerdotis. n. 2. verb. ex indulgentia, de cler. coniu. & ibi Abb. n. 2. Immo. n. 2.

Alij distinguunt sic. Professus vel in sacris constitutus, propter duo est irregularis, primò ob similitudinem ad verè bigamum, & hoc modo solum est talis, quando corruptum ducit: quia si ordo nõ adesset, adhuc esset bigamus. Alio modo ratione presumptionis de incontinentia, & ad maiorem sacri ordinis reuerentiam, & sic est irregularis, quòd ducat vnicam, & virginem. Ita Syl. verb. bigamia, in principio, & ita conciliat diuersas de hoc opinionēs.

At verius est, incurrere hanc bigamię irregularitatem similitudinarię, quauis in sacris constitutus cum vnicam & virginem contrahat. Probat ex. c. 1. qui cleric. vel vouent. ubi de diacono, qui uxorem accepit, dicitur posse Episcopum eum ipso post peccatã pœnitentiam dispensare, vt diaconi officij exequatur. Et. c. 2. eodẽ tit. de subdiacono, qui matrimonium iniit, decidit, vt si ad religionem transeat, cõcedat ei Episcopus ascensum ad ordines superiores: quod si transire nolit, minime permittat eum in subdiaconatu ministrare, nec ad alios ordines promoueri, sed solum in minoribus ministrare. Ratio autem huius similitudinarię bigamię ea est. Quia hic post matrimonium similitudinariu iniitum cum Christo per votum solemne castitatis ordinem annexum, de facto ad alias nuptias transiit, eas consummans copula. Atque proinde verificatur in ipso

ratio

ratio tradita in cap. nuper, & cap. finali, de bigam. nimirum, dari quandam similitudinem bigamię in hoc euentu propter affectum ad duplex matrimonium cum opere subsequuto. Quòd si nolis hanc irregularitatem appellare bigamię similitudinarię, sed propter ordinis reuerentiam, & in pœnā incontinentię inductam: & sic velis conciliare Doctorem varias sententiã, vt conciliat Syluest. num. precedenti allegatus, non contradicam. Quia textus adducti probant hunc esse irregularem, at non probant hunc esse bigamum. Nec ad rem moralem confert, siue vnum, siue alterum dicamus, modò fateamur hunc esse irregularem. Nam licet dicamus esse bigamię similitudinarię irregularitatem, tenebimus num. 10. non ob defectum significationis, sed ob delictum contrahi. At probabilius est, dici hanc irregularitatem bigamię similitudinarię, ob rationem similitudinis dictam: & ita ferè omnes Doctores allegandi numerant hanc inter modos bigamię similitudinarię: quauis alij ex citandis dicant eum esse irregularem, & non explicent modum. Et idẽ hanc sententiã sustinent Glossa finalis. cap. sanè Sacerdotes, de cleric. coniu. Abbas. cap. 2. num. finali, qui cler. vel vou. & ibi Alexand. de Neou in fin. Athesius summa. 2. part. lib. 6. tit. 7. art. vnicò, quæstiu. cula 2. Monald. summa, tractatu de irregularitate, ubi de irregularitate propter bigamiam, col. 2. vers. itẽ si aliquis. Turrecrem. cap. lector. dist. 34. art. 2. num. 10. conclus. 4. Rosella. verb. bigamia. num. 1. & 2. & ibi Armilla nu. 7. Tabiena. quæst. 3. Nauarr. summa. cap. 27. num. 195. Couarru. Clem. si furiosus. 1. part. §. 2. num. 2. vers. 3. Maiolus lib. 1. de irregu. cap. 33. num. 7. Flaminus de resignatione bench. lib. 5. quæst. 3. num. 190. Humada p. 1. tit. 5. super Glossa 34. num. 1. Et ex Theologis, Ricard. 4. dist. 27. art. 4. quæst. 1. corpore, & ibi Palud. q. 4. art. 2. num. 12. & art. 5. num. 35. Supplementum Gabrielis. quæst. 3. art. 1. ad finem. Ledesma 2. part. 4. quæst. 26. art. 2. ubi de irregularitate, col. 3. fol. 363. Toledo lib. 1. summa. cap. 26. num. 7. Valentia. 4. part. disput. 7. quæst. 19. puncto 3. in prima specie irregularitatis. Manuel. 1. tomo summa 2. editione. c. 158. num. 1. paulò ante primam conclusionem. Emmanuel Sa summa. verb. irregularitas, ubi de bigamia. num. 4. Philarcus de officio Sacerdotis, tomo 1. part. 1. lib. 4. c. 7. Vualdo candelabro Sacrament. 2. part.

ubi de irregularitate bigamię. num. 12. Ludouicus Lopez. 2. part. in structorijs, ubi de irregu. cap. 22. in prima specie. Grassis 1. par. decisio. num. lib. 4. cap. 27. num. 38. Quod idem supponunt alij disput. sequenti. num. 20. referendi, docentes posse Episcopum dispensare cum hoc clerico, quando virginem duxit. Eiusdem sententiã videntur alij, qui in distinctè docent clericum Sacris iniuratum, inuendo matrimonium effici irregularem. Hi sunt, ex Iurisperitis, Abbas cap. 1. nume. 3. qui cler. vel vouent. & ibi Alexander de Neou nume. 4. Hostien. summa. tit. de bigamis. num. 3. Angelus. verb. bigamia. num. 7. Auferius de cõfessione Tolosana 235. num. 5. Rebuffus de pacificis possessionibus. nu. 194. Syluest. verb. irregularitas. quæst. 16. & verb. matrimonium. 8. quæst. 12. dist. 2. Couarru. 4. decretal. 2. part. cap. 6. §. 3. nu. 1. Borgasius de irregu. p. 5. tit. de bigamis. num. 47. Antonius Cucus lib. 5. Institutionum maiorum. tit. 12. num. 214. Matienzo lib. 5. Recopilationis, tit. 1. rubrica, Gloss. 1. num. 177. Zuallos in suis quæst. practic. quæst. 558. num. vnicò. Et ex Theologis, Durandus 4. dist. 27. quæst. 4. num. 7. & ibi Maiorius. quæst. 6. statim in principio. Palud. 4. dist. 37. quæst. 1. art. 1. num. 8. & ibi Supplementum Gabriel. quæst. vnicam, art. 2. cõclusio. 2. D. Antonius 3. part. tit. 1. cap. 8. post 2. conclusionem. Sotus 4. distinct. 27. quæst. 3. art. 1. col. 3. vers. septimus de mû, & columna vltima, conclusio. 6. Celesia ibi. quæst. 4. statim in principio. Veracruz 1. part. Speculi, art. 37. conclusio. 3. Angles floribus 1. part. ubi de matrimon. quæst. 1. art. vltimo, in principio. Azor lib. 13. Institutionum moralium. cap. 13. quæst. 6. Petrus de Ledesma de matrimon. quæst. 66. art. 3. columna antepenultima, & quæst. 64. art. 4. conclusio. 1. & quæst. 53. art. 3. paulò post principium. vers. circa istum articulum. Bartholomæus à Ledesma dubio 73. de matrimon. col. 2. Ludouicus Lopez. 2. part. in structorijs, ubi de matrimonio. cap. 49. col. 6. vers. circa eandem. Vualdo candelabro Sacrament. 1. part. ubi de matrimon. num. 230. Vega 1. tomo summa cap. 34. casu 5. Llamas methodo curationis. 1. p. cap. 12. §. 3.

An verò requiratur copula, & qualis ad incurrendam hanc irregularitatem dixi hoc lib. 7. disput. 83. num. 4. & duplici sequenti.

Hactenus egimus de clerico in Sacris constituto matrimonium contrahenti. Iam de

LI pro-

professo ad nuptias transeunt agendum est. Quidam negant hunc irregularitatem incurere. Quod ea irregularitas in iure non reperitur. Nam cap. quotquot. 27. quaest. 2. cui oppositum asserentes innituntur, loquitur de solis fornicis, quae virginitatem promissam praeuicacatae sunt, et terdicens eas inter virgines, aut diaconissas conferari. Sic Enriquez lib. 12. de matrimon. cap. 6. num. 10. Et Palacios 4. distin. 27. disputat. 4. col. 7. Idem sequitur quando cum virgine contraxit, secus quando cum corrupta.

Sed dicendum est idem profus quod numero 6. diximus de constituto in Sacris matrimonio contrahente. Quia eadem similitudo bigamiae reperitur in hoc: cum post matrimonium similitudinarius per professionem cum Christo iniri, affectet aliud matrimonium contrahere. Et hoc colligunt ex cap. quotquot. 27. quaest. 2. quod est ex Synodo Ancyrana. cap. 8. communiter Doctores, ita illum textum intelligentes, ibi: *Quotquot virginis aemulicam praeuicacatae sunt professione contempta, inter bigamos, id est, qui ad secundas nuptias transeunt, haberi debent.* Vbi licet sermo sit de foemina, id a fortiori in viris procedit. Atque ita esse irregularem hunc ex bigamia similitudinaria, quamuis vnicam, & virginem ducat, tradunt ex Theologis, Ricardus, Palud. utroque loco, Supplementum Gabrielis, Ledesma, Valentia, Emmanuel Sa, Ludouicus Lopez, Manuel, Philareus allegati, num. 5. Toledo lib. 1. summae cap. 26. num. 7. Et ex Iurisperitis, Montagna tractatu de bigamia. quaest. 4. num. 4. & 9. 6. num. 7. Turrecrem. Rosella, Armilla, Tabiena, Nauarr. Maiolus, Flaminus, Arestis relati. num. 5. Couarruu. Clem. si furiosus, de homicid. 1. par. 2. num. 2. versic. 3. Et idem supponunt, quos referam disput. sequenti. num. 22. asserentes posse Episcopum cum hoc dispensare, quando cum virgine contraxit. Et eiusdem sententiae videntur alij, qui indistincte tradunt profusum ad nuptias transeuntem effici irregularem. Sic docent ex Theologis, Palud. 4. dist. 37. quaest. 1. art. 2. num. 11. Durandus, Maioris, Sotus, Celaia, Angles, Petrus de Ledesma, Bartholomaeus a Ledesma, Vega, Llamas. num. 5. allegati. Vivaldus candelabro Sacramen. vbi de irregularitate bigamiae, in 2. part. num. 13. Et ex Iurisperitis, Speculator. titu. de dispensatione. §. iuxta

num. 6. versic. & scias. Monaldus summa tractatu de irregul. vbi de irregul. propter bigamiam, columna 2. versic. item, qui post votum. Albericus, Angelus, Borgasius. num. 5. citati. Nauarr. lib. 1. consil. titu. de bigamis, in vtraque editione, consil. 1. num. 6. Humada part. 1. tit. 5. l. 5. super Glossa 33. num. 2. Eiusdem sententiae sunt alij asserentes idem dicendum esse de hoc professo, quod de clerico in Sacris constituto matrimonio ineunte. Hi sunt, Goffredus summa. tit. de bigamis. num. 1. Innocent. cap. nuper, in fine, eodem tit. & ibi Hostiensis. num. 4. Ioann. Andr. num. 4. Cardinalis in fine. Bellamera quaest. 1. num. 5. Petrus de Soto lectione 18. de matrim. pagina 4. versic. haec igitur.

An vero exigatur copula carnalis, & qualis? dixi hoc lib. 7. disput. 83. num. 4. & duplici sequenti.

Haec autem irregularitas clerici in Sacris constituti, aut professi matrimonium ineuntis non oritur ex significationis defectu, sed ex delicto. Constat ex cap. nuper, & cap. finali, de bigamis: quae late ponderari disput. praecedenti. num. 6. alijs rationibus adductis ad hoc probandum. Et ita hanc esse ex delicto tenent Antonius cap. finali. num. 9. de bigam. Et ibi Abbas num. 6. Enriquez lib. 12. de matrimo. cap. 6. num. 11. Manuel. 1. tomo summae, 2. editione. cap. 158. num. penult. Vega 1. tomo summae. cap. 38. casu 1. fine.

Aliqui extendunt hanc irregularitatem ad eum, qui post simplex castitatis votum, ad nuptias transit. Sic Paulus Borgasius de irregul. part. 5. tit. de bigamis. num. 29. Maiolus lib. 1. de irregul. cap. 33. num. 7. Ludouicus Lopez. 2. part. Instructorij, vbi de irregularitate. capit. 22. In prima specie irregularitatis. Sed hoc non credo, cum non reperitur in iure. Nec sit eadem ratio, quae de professo matrimonio contrahente: in quo etiam alij negant (vt num. 7. retuli) nedum in votum simplex habenti.

Quare audiendi non sunt alij, qui dicunt eandem irregularitatem contrahere, qui ducit uxorem voto castitatis astrictam, quamuis ipse solutus sit. Hi sunt, Maiolus eodem cap. 33. num. 8. Vivaldus candelabro Sacramen. 2. part. vbi de irregul. a bigamiae. num. 14. Sed merito ab his discedit Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 6. num. 10. Quod nullo iure probetur.

## DISP. OCTOGESIMASEXTA.

An bigamiae irregularitas extinguatur per baptismum, religionis professionem, vel dispensationem: & quis in ea dispensare possit?

## SUMMARIUM.

**A**n irregularitas bigamiae tollatur per baptismum? Remissus. num. 1.

An tollatur per ingressum religionis, & alia irregularitates? Referuntur duae sententiae. num. 2. & 3.

Proponitur sententia Authoris. num. 4.

An Pontifex possit dispensare in irregularitate bigamiae verae: & quo iure sit inducitur? Referuntur quaedam sententiae. num. 5.

Declaratur opinio Authoris. num. 6.

Referuntur dissentientes in hoc, inter potentiam ordinariam, & absolutam Pontificis. num. 7.

An possit Episcopus dispensare in irregularitate bigamiae verae, vel interpretatae? Referuntur varia sententiae. num. 8. q. 10.

Proponitur sententia Authoris. num. 11.

Quid, si ea bigamia sit occultata? num. 12.

Quid, si bigamus transcat ad religionem: an possit Episcopus in illa dispensare? num. 13.

Quid, quando necessitas ministrorum urget: vt apud Indos? num. 14.

Satisfit argumentis. num. 15.

An in bigamia similitudinaria clerici ineuntis matrimonium, possit Episcopus dispensare? Referuntur varia opiniones. num. 16. 17. 18. 19.

Proponitur sententia Authoris. num. 20.

An possit Episcopus dispensare, vt clericus in Sacris constitutus viduam ducens, obtineat benedictionem? num. 21.

An integrum sit Episcopo dispensare in irregularitate bigamiae similitudinariae? Referuntur sententiae. num. 22.

An possit Episcopus dispensare in hac bigamia similitudinaria occultata? num. 23.

An ad impetrandam in bigamia dispensationem, sit opus explicare veritas, vel quatuor nuptias interuenisse: an sufficiat binas, vel bigamiam simpliciter explicare? Et quid, si concurrant simul bigamia similitudinaria, & interpretata? num. 24.

**Q**uando per baptismum deleatur irregularitas bigamiae: satis dixi disput. 83. num. 8. & sequentibus. Quare in praesenti solum discutiendum est, quando tollatur per religionis professionem, aut dispensationem.

Et quidem loquendo de professione religionis: Anton. cap. finali. num. 9. de bigamis, & ibi Abbas. num. 2. sentire videntur bigamiae irregularitatem contrafactam ante religionis professionem, deleri hac emissam, secus si postea contrafacta sit. Adduntque non deleri similitudinariam clericis in Sacris constituti ineuntis matrimonium: ed quod irregularitas haec ex delicto oritur. Alij e contra aiunt, per professionem deleri omnem irregularitatem ortam ex proprio delicto: secus de ea, quae ex significationis defectu confurgit. Ita Glossa finali. cap. 2. de Apostatis.

Ceterum dicendum est, nullam deleri irregularitatem, praeterquam in casibus in iure expressis, nimirum, quando oritur ex defectu natalium, id est, eo quod quispiam illegitimus sit. Constat, quia cap. 1. de filijs presbyt. tanquam quid speciale decernitur, tolli hanc irregularitatem defectus natalium: & quidem non omnino, sed quoad ordines recipiendos: manente dignitate incapacitate. Ergo secus est in alijs irregularitatibus, quas tolli non est in iure expressum. Fatentur tamen Doctores huius sententiae professionem religionis causam facillioris dispensationis praebere. Huius sententiae sunt, Abbas. cap. 2. fine, de apostatis, & ibi Ananias fin. Socinus. cap. ad audientiam, col. vltima, de homicid. Syluest. verb. irregularitas. quaest. finali: Et ibi Armilla. num. 88. Angelus. verb. irregularitas vltimo. num. vnico. Villadiego de irregularitate. cap. 16. num. vnico. versic. vltimus quero. Couarruu. Clem. si furiosus, de homicid. 1. par. 2. num. 6. Enriquez lib. 14. de irregul. cap. 17. num. 2. Atque non deleri hanc irregularitatem bigamiae asserunt etiam Sotus 4. distin. 2. 5. quaest. 1. art. 3. col. 2. & Flaminus de resignat. benef. lib. 5. quaest. 3. num. 194. Subdit Sotus ibi vsu obtentum esse, vt omnis irregularitas quoad ordinum susceptionem aboleatur professione religionis: dempta ea, quae ex bigamia, aut homicidio voluntario proficiscitur. Sed iure optimo ab eius sententia recedit Enriquez lib. 14. de irregul. cap. 8. num. 10. Quod non constat de eo vsu.